



Stavrologia Coloniensis

Gelenius, Aegidius

[Coloniae Agrippinae?], [ca. 1636]

XV. † Dvsseldorpiensis, ex S. Martino Coloniensi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64564](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64564)

Sacrarium pag. 172. Crux etiam lignea,
 quæ inter Chorum & Nauem templi
 omnium obuersatur oculis, ab eodem
 B. Alberto erecta est, quam cum aliis
 reliquiis tum festucâ Dominicæ Arbo-
 ris auro vestitâ inferfit. *Tertiam non ita
 dudum acceperunt è Dominico Ligno Crucem
 auro vestitam.*

XIV. ✠

AD S. PANTHALEO-
nem.

B Panthaleonis Cœnobium à pluri-
 bus sæculis, inter reliquias fragmē
 Dominicæ Crucis asseruat, vt author est
 Trithemius, idq; per Albertum Lacen-
 sem accepit tunc, quando Heisterba-
 censes suum, vt infra dicam, acceperūt.

*Crux S.
 Pantha-
 leonis.*

XV. ✠

DVSSELDORPIENSIS,
ex S. Martino Coloniensi.

S Egmen etiam ex eodem sanctissimæ
 Crucis Ligno, fuit Coloniae in Basili-
 ca S. Martini olim asseruatum, quod
 mo-

*Crux
 Dussel-
 dorpiens.*

*Cruce
& reli-
quia ful-
gure de-
teguntur*

modo traductum Dusseldorpij custo-
ditur. Hoc à B. Brunone Magni Ottonis
fratre Martinianis datum, & cum aliis
reliquiis inclusum Cruci, diu latuit, do-
nec fulgure incidente, non absque mi-
raculo detectum, agnitumq; enixius
obseruari cepit, ac tandem An. Dñi 1393
Wilhelmo Montium Duci concessum.
Vidi ea de re huius tenoris diploma.

Nos Theodoricus de Cornu, Dei Gratia Ab-
bas totusq; Conuentus S. Martini intra Colo-
niam, notum facimus omnibus presentes lectu-
ris siue legi auditoris: Quia Deus Pater & Do-
minus Noster, quæ suorum in terris Christiano-
rum saluti & consolationi proficiunt, abscondi-
ta esse non cupit: hinc per presentes testamur,
quod quondã diuina potentia fulguris mediante
ictu, in nostro Monasterio plurimas venerabiles
detexerit reliquias, quæ multis retro latuerant
annis: Atque tunc temporis ex Crucifixo, quem
superius in Ecclesia nostra habemus, excussa sint
nominatim reliquia Dominici Ligni, & de bea-
tissimo Martyre Laurentio. Fatemur vero pra-
sentibus, huiusmodi reliquias à Brunone Colo-
niensium Archiepiscopo in Monasterium no-
strum illatas, & in dictam Crucem insertas il-
lis temporibus, quando in Ecclesiam nostram
attu-

attulis SS Eliphium, Panthaleonem, & Albi-
 num, reuerenterq; transtulit, quas quidem S.
 Crucis & B. Laurentij reliquias antescriptas,
 Nos Illustrissimo Principi clementissimo Domi-
 no nostro V Vilhelmo Montium Duci & Comiti
 in Rauensberg dedimus, reuerenterq; transcri-
 psimus, intuitu fauoris, fidelitatis, & gratie,
 Nobis & Conuentui nostro varie impensorum
 & impendendorum, & in fidem horum Nos
 Abbas & Conuentus sigilla nostra hisce appen-
 dimus Datum anno Domini millesimo trecen-
 tesimo nonagesimo tertio, die 6. mensis Aprilis. 1393.

XVI. ✠

ALIA DVSSELDOR-
piensis.

Hic posteaquam de fulgure & Cru- Cruce à
 ce mentionem intuli, minimè ta- fulgure
 cendum duco, quid anno superiori in & tor-
 Cruce Dusseldorpiensi euenerit, cum mētario
 ibidem fulgur in nitratum puluerem puluerem
 incidisset, Anno enim 1634. sub noctē immūis
 peruigilij B. Laurentij Martyris, horribi-
 li fragore tonitru Dusseldorpiensis op-
 pidi muro insertam Turrin tormenta-
 rio puluere refertam tetigit, qui flamma